



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentiss Sanctissimæ Virginis Mariæ Matris Dei

**Louis François <d'Argentan>**

**Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1726**

**VD18 80217915**

§. unicus. Scala spiritualis, per quam ascendendum est ad thronum SS.  
Virginis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45581**

excedere debeat numerum hominum.

D. Thom.  
ubi supra.

Sed quod magis stupendum est, S. Thomas post Sanctum Dionysium Areopagitam, qui duo testes sunt auctoritatis maximæ in Ecclesia post Apostolos & Prophetas:

Areopag.  
de Hier.  
arch. Ec-  
clesiast.

Hi duo pro certo tenent, numerum Angelorum tam esse prodigiosum, ut non solum transcendat illum cunctorum hominum, sed illum omnium animalium in terrâ, omnium volucrum in aëre, omnium piscium in mari, omnium arborum in cælo, omnium arborum in Sylvis, & universaliter omnium individuorum naturæ corporalis:

Prodigiosa  
multitudo  
Angelorum.

Rationem hujus afferunt, quod, quanto res propius accedunt ad magnitudinem infinitam Dei, tanto plus ex illâ participant, tantoque majores sint omnibus modis, quibus esse possunt, id est in numero, in dignitate, & in omnibus, quæ magnam reddere possunt

aliquam creaturam; & quanto magis remota sunt à magnitudine Entis Entium, tanto magis accedant ad nihilum, tantoque plus participant ex illius vilitate, sintque res parvi valoris. Jam natura Angelica est creatura, quæ proximius accedit ad esse DEI, eoque sit spiritualis, æterna, incorruptibilis; & contra naturam corporalem magis distat & recedit ab eo, eoque sit materialis, & materia summè propinqua & vicina sit nihilo. Et ex hoc optime deducunt, verum igitur esse, numerum Angelorum esse majorem illo omnium individuorum Naturæ corporalis.

Positis his duobus principiis, velut fundamentis solidis; quibus superædificant discursum suum; ecce, quâ ratione attollant illam (nempe Sanctissimam Virginem) per gradus, usque ad altitudinem omnino incomprehensibilem.

#### §. Unicus.

### *Scala spiritualis, per quam ascendendum est ad Thronum Sanctissimæ Virginis.*

AUDIO Ecclesiam cantantem in triumphali Sanctissimæ Virginis Assumptæ Fæsto: *Exaltata est Sancta DEI Genitrix super choros Angelorum ad cælestia regna;* & recipio hanc veritatem velut articulum fidei meæ. Annuntatur ipsa paucis quidem verbis, sed dum penitus confidero, quid

significet, intueor magnificentias; quæ absorbent totum animum, quæque in infinitum ex crescere mihi videntur: Siquidem ex unâ parte scio, numerum Angelorum transcendere illum omnium individuorum naturæ corporalis, qui innumerabilis mihi videtur; ex alterâ parte novi, non esse hanc

hanc multitudinem quandam confusam, qualis esset cumulus quidam arenæ; sed ipsos omnes collocatos esse in ordine tam pulchro, ut alij transcendant alios in excellentiâ & gloriâ; Aspicio igitur illos, velut ingentem aliquam scalam, cujus gradus excurrunt quasi in infinitum: Non inveniam autem hic elevationem Throni DEI, id est, sublimitatem gloriæ Sanctissimæ Virginis, nisi transfero hæc omnia, eoque verum sit, exaltatam ipsam esse super omnes Choros Angelorum.

Primus ad-  
nifus, ac  
illuc  
ascendatur  
qui jam at-  
tollicim  
sublime.

O DEVS! ad quam prodigiosam sublimitatem deducit te hæc scala, si sequaris illam, hicque firmum tenere te possis, citra quod ascendenti circumagatur tibi caput vertigine! Incipe ab Angelo novissimo, & cogita ipsum possidere: unum gradum gloriæ dignum Angelo Beatò; ascende ad secundum, & videbis altero tanto ipsum plus habere; ascende ad tertium, & tertio tanto plus habebit; sic de quarto, & de quinto, & de sexto, & de omnibus alijs, quorum quilibet super altero sublimior erit aliquo gradu: Numerata sic successive illos, unumque post alterum, & semper sic crescere in animo tuo gradum sublimiorem ipsorum gloriæ: An comprehendere poteris, quanta futura sit sublimitatio gradus centies millesimi? Immo rare hic paulisper, & explora intellectum tuum, ipsiūque inter-

roga, an id bene intelligat: Eheu! jam est confusus & perturbatus, & nihil capit, nec intelligit ex eo; eoque Angelorum tam ingens sit numerus, ut transcendat omnia individua Naturæ Corporalis.

Nihilominus novum adhibe <sup>Secundus</sup> naturam, & semper numerans illos <sup>aditus, qui</sup> successive, unumque post alterum, <sup>magis ad-</sup> vide an assequi & comprehendere <sup>huc attol-</sup> poteris sublimitatem centies mil- <sup>lit.</sup> lies millesimi? quâ ratione inquires? hoc mihi est impossibile; & tamen nondum transiens trium Hierarchiarum infimam & minimam; siquidem ipsorum numerus longè adhuc major est. Quantum iter tibi igitur conficiendum, dum successive numerandi tibi erunt omnes Angeli Hierarchiæ secundæ, quorum numerus multò adhuc est major illo Hierarchiæ infimæ, juxta doctrinam Sancti Thomæ: Si numeraveris ex n à novissimo usque ad primum, comprehendere aditens sublimitatem ipsorum gloriæ, an assequi unquam poteris ipsius metam? O DEVS, quanta abyssus! Sole cognatio mortificationis hujus atque conatus percellit horrore animum, ipsum obruit, & quasi absorbet: Et tamen aberis adhuc longè, & nondum dicere poteris, invenisse te sublimem Elevationem Throni Sanctissimæ Virginis, eoque verum sit, ipsam exaltatam esse super omnes Choros Angelorum.

Ecc eee 2.

Quid

Adversus  
tertius, qui  
adhuc ma-  
gis atrollit  
absque  
menturâ.

Quid igitur erit, dum transire oportebit adhuc sublimissimam ex omnibus Hierarchiam, compositam ex innumerabili multitudine Thronorum, Cherubinorum, & Seraphinorum, numerando successive omnes, & videndo excrefcere semper ipsorum gloriam, juxta proportionem Numeri, quem complectentur? Ubi eris, antequam attigeris sublimitatem gradûs primi Seraphini in cœlo? Cogita ipse tecum, quantum absis ab eo, ut concipere id unquam possis, quantumvis habueris solus omnes omnium simul hominum intellectus? Siquidem hic Seraphinorum primus plus magnitudinis habiturus est ipse solus, quam omnes reliqui simul Angeli: Sicut maximus numerus complectitur in se omnes aliorum numerorum unitates, illôsque aliquâ unitate adhuc excedit: Exempli gratiâ, numerus centesimus includit omnes numeri nonagesimi noni unitates, hâsque unâ adhuc transgreditur unitate.

Sanctissima  
Virgo sub-  
limior est  
in gloriâ,  
quam pri-  
mus Sera-  
phino-  
rum.

Sed quando etiam comprehenderis Elevationem primi Seraphini, nondum attigeris Thronum Sanctissimæ Matris DEI; audies adhuc Ecclesiam plenâ tibi voce cantantem: *Exaltata est Sancta DEI Genitrix super Choros Angelorum ad cœlestia Regna*; Super altissimam nimirum Angelotum Hierarchiam. Sed de hoc noli mirari: omnes Angeli sunt servi, ipsa sola est Mater DEI; an mirum

sit, si Mater Principis æstimetur magis ab ipso sola, magis honoretur ab ipso, quam omnes simul servi? Ipsa Mater est Admirabilis, cujus gloria ad minimum tam incomprehensibilis est Angelis, quam gloria Angelorum nobis incomprehensibilis videtur.

Est quidem aliquid, dicere, Gerlon. tract. 4. in Magaf. quoddam Sanctissima Virgo exaltata sit super Choros Angelorum novenos; sed hoc non sufficit: Plures celeberrimi Theologi pro certo tenent, particularem quandam esse Chorum pro ipsâ solâ, & dilectissimo ipsius Filio, incomparabiliter sublimiorem omnibus novem Angelorum Choris. Lege Gerlonem; Is expressis verbis id scripsit tractatu quarto super Magnificat, ubi distinguit tria genera Hierarchiarum: Supremam, quæ est Divina; Mediam, quæ est Divina & Humana; & ultima, quæ est nonnisi pro creaturis. Divina, Est Hierarchia particularis pro JESU Christo & Sanctissima Matre ipsius. tota plena est tribus adorandis Personis Sanctissimæ Trinitatis, & nulla præter hanc hic admittitur: Infra hanc primam est immediatè Hierarchia secunda, quæ non admittit nisi duas solas personas, quæ replent ipsam totam integram; & sunt JESUS Christus, ac Sanctissima Virgo; & nonnisi ipsæ intrare possunt hunc Ordinem: Et tertia, quæ composita est ex Angelis & Beatis, est infra hanc secundam, ita ut Sanctissima Virgo teneat quasi medium inter DEUM & Creaturas;

tas; subjecta soli DEO, superior omnibus cæteris creaturis.

Si cogitares vel loquereris de illâ solùm, sicut de creaturis Sanctissimis, & summè in gloriâ sublimitatis, nimis id parum esset pro Sanctissimâ Virgine, eòquòd sit ipsa supra omnes creaturas: Si velles cogitare aut loqui de illâ velut de DEO ipso, id nimium pro illâ foret, eòquòd sit infra DEUM; ipsa particularem suam habet in gloriâ ordinem; ipsa totam replet suam Hierarchiam, quæ tenet medium, DEUM inter, & omne id, quod DEUS non est, ubi commune nihil habet, nisi cum solâ Personâ Filij sui Unigeniti: Ipsorum vinculum est inseparabile, ipsorumque gloria non solùm est æqualis, sed est communis utriusque; vel ut melius dicam, uter verbis devo-

tissimi Arnoldi Carnotensis, non nisi est eadem in ambobus: *Filij gloriam cum Matre, non tam communem iudico, quàm eandem.*

Arnoldi;  
Carnot.  
tractat. de  
laudibus  
Virg.

Et sic ipsa, quæ aliàs fuit carcer vel ergastulum Majestatis infinitæ DEI, annihilata quasi in castissimo utero ipsius, evasit in Thronum sublimissimum ac splendidissimum ipsius gloriæ: *Sic amor vindicat: O DEVS, quàm bonum est, incidere in manus ipsius! O mi DEVS, quàm bonum est, relinquere se ipsius potentie! faciat nobiscum, quidquid voluerit, nunquam amabilior est, quàm quando se vindicat pro indole suâ. Jam vides, quàm inceperit magnificè, deinceps vide, quomodò ulterius adhuc suas propulerit.*

vindictas.

\* \*

## ARGUMENTUM.

*Secunda Corona Sanctissimæ Virginis, est splendor gloria ipsius.*

### ARTICULUS III.

**O**Mnia tam magnificè resplendent gloriâ in infinitâ Majestate DEI, ut Sanctum Evangelium nobis dicat, ipsum non solùm esse lumen, quòd omnes expellat tenebras: *Quoniam DEUS lux est, & tenebra in eo non sunt ulla: Sed etiam Regis Propheta adjungat, quòd splendor ipsius refulgeat quòque in vesti-*

mentis ejus, & ipse non nisi vestitus sit lumine: *Amictus lumine sicut vestimento.*

Et tamen alicujus percipio que-  
relas, qui erat ipsius figura, ac si  
ex ipsius proficiscerentur ore: *Spo-*  
*liavit me gloriâ meâ.* Sanè vide  
te fuit magnum hunc æternitatis  
Solem Ecclipsatum in tempore, &  
redatum in statum adeò obscu-  
rum,

Ecc ece ;

rum, confusio:

Deus Essen-  
tialiter est  
lux & glo-  
ria.

1. Joan. 1.  
v. 5.

Plal. 107.  
v. 2.

Job. 19.  
v. 9.  
Nihilomi-  
nus Expo-  
situs est  
suâ gloriâ,  
& indatus  
confusio: